

27010

1670

1. Schmidius, Johannes : De immunitate.
1671.
2. Brüttnerus, Daniel : De torturis et tormentis
3. Guterus, dominus Mauritius : De jure retractus
3rd Schmidius, Johannes : De jure armorum et armari.
Gutten 3 Sprach.
4. Uckermann, Georg Wilhelm : De jure et inviolabilitate
legationum.

5. Walter, Nicolaus W. Chelius : De statu.

1672

1. Raderus, Joannes Aegidius : Prohibitiones etem ecclesiasticis
licet alienationem . . . publicae acquisitionis
subjectis

2. Schmidius, Johannes : De jure et iure

3. Brüttnerus, Daniel. [Titel in Bogen A fehlen]

1673.

1. Baerfallius, Joannes Henricus : De statu praesumptione

2. Gardanus, Iohannes Maurilius : Dissertatio ad ipsa publicam

3. Matthiae, Theserius Winkelius : De maiestate jure ac
iuriis Silesiorum territorialium.

1674.

Gardanus, Iohannes Maurilius : De fetalibus appellati-
onibus

1675.

1. Duerfeldius, Iohannes Heuricus : De titulo invalido con-
tra alijs latines

2 Duerfeldius, Iohannes Heuricus : De titulo invalido.

3. Kraut, Michael Heuricus : De iure pertinentiarum

1676.

Ratcliff, Theserius : De archiviorum publicorum
origine, usq; Regiae autoritate

1010


G. 38. num. 13. 3. 2. 19
5 D. FRIDERICI RVDLOFF,
HALL. SAX. 1676 19
DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
ARCHIVORVM PVBLICORVM
ORIGINE,
VSV, ATQVE AVCTORITATE
IN
ACADEMIA HIERANA
D. XXIX. AVG. ANNO MDCLXXVI.
ERVDITORVM VENTILATIONE
EXPOSITA.



E D I T I O N O V A .

L I P S I A E ,
APVD IOH. CHRIST. LANGENHEMIVM ,
M D C C X L V I I .

D. FRIDERICI RUDOLFI
HABIT SVX
DISESSATIO LUGDUNENSIS
ARCHIACORVM PARENTORVM
ORIGINIS
ASA ATQVE ACTORIATIS
IN
ACADEMIA HIERULINA
AD MCMXVII
EX DEDICATORIUM AVVENTILATIONE





PROOEMIUM.



uanta sit Archiuorum publicorum in
quavis bene constituta Republica
insignis tam necessitas, quam utili-
tas, non tantum ex *Nou. 15. c 5. §.
2.* sed passim ex Iure constat, cui
adstipulatur **CASSIODORVS** lib. 2.
var. ep. 21. Armaria, *inquiens*, ta-
bellionum, et caeterorum scribarum cunctorum for-
tuna et securitas esse solent, vnde omnium iurum, actu-
unque praeteritorum notitiae desumuntur. Vbi enim
desunt Archiuia, magnam rerum perturbationem sequi
necesse est, vt quotidie magno cum detimento expe-
riuntur Imperii Status, qui in tricennali Germaniae bel-
lo literarum hunc thesaurum per incendium, hostium-
ue rapinas perdidere. Optime de utilitatibus Archiuui
scribit **JACOBVS a Rammingen** *trad. de Registr. in verb.*
Dass Sie sehn ein Herz, Trost, und Schatz eines Herrn,

der sie hält, und unterhält, und seiner Unterthanen, und armen Leuthe, ja aller seiner Nachbarn, und auch deren, die etwa mit Ihm, oder seinen Vorfahren, oder Eltern zu thun gehabt haben. Id quod SERENISSIMVS NOSTER AVGUSTVS, Pater Patriae Clementissimus, cui felicitatem omnigenam, ac Nestoreos annos ex intimis cordis penetralibus ad vnum vouemus omnes, probe perspexit, dum in Arcem Mauritii memoriae sacram libros ac tabulas condi curauit, e quibus a sera posteritate praeteritarum rerum ignara tanquam e penu depromeretur. Nihil enim est ad instruendos atque edocendos homines utilius, nihil ad res obscuras eruendas atque illustrandas, nihil ad patrimonia, regnaque ac demum priuata ac publica omnia conseruanda magis necessarium, quam voluminum et monumentorum ac tabularum bene instituta supellex. Quare non abs re me facturum putau, si de ARCHIVORVM Vsu atque Autoritate, quantum ingenii tenuitas admitteret, disquisitionem qualcumque instituerem. Sit igitur



Th. I.

Th. I.

Quoniam multum refert, quo quid ordine fiat. Nam scire, quid facias, nescire, quo ordine facias, non est perfectae cogitationis, EVERH. *in aureo suo lib. de loc. leg. in loc. i.* cui titulum fecit ab Ordine, BARBOS. *in thes. loc. com. l. 13. c. 30. in voc. Ordo ax. i.* Vbi autem non est ordo, ibi est *ἀταξία* et confusio, BARB. *d. l.* et qui sine ordine procedit, dicitur equum per caudam frenare. Recete igitur a Definitione exordiemur, vt pote quae magnum lumen omnibus materiis addit, et ex cuius ignorantia nulla materia bene intelligi, aut cognosci potest. Est enim amissis proprietatis et totius exactae ac methodicae disputationis ceu fundamentum quoddam, EVERH. *loc. a defin. 3. n. 4.* quia sine definitionibus certis quod certum ac stabile futurum sit, constitui nihil potest.

II.

Antequam ad Definitionem realem fiat progressus, paucis perspiciamus Definitionem Nominalem et Archiuorum originem.

III.

Deriuatur Archiuum non ab Arca, vti vult catholicon M.S. ingens Coenobii Heilsbronnensis citatum D. D. WAGENSEILIO *Diff. de Imp. Arch. th. 2.* sed ex Graeco *ἀρχεῖον*, Archium, quae vox legitur in *l. 9. §. 6. ff. de poen. l. 30. C. de Episc. audient.* quod inserto digammate aeolico fit *ἀρχεῖφον*, sicut legitur in *Nou. 74. c. 4. §. 2.* et apud TERTVLL. *cap. 20. Apolog.* Inde enim *Ἄρχαιον* primum vocata Magistratus curia vel domus Principis, PRAT. *in Lex. b. v. MARTIN. Lex. eod.* Duas autem praecipue habet significationes: *Vna notat Grammatophylacium, l. 9. §. 6. de poen. vid. SPIG. in Lex. IAC. RAEWARD. ad l. 93. ff. de R. I. vel locum, in quo*

A 3

inflru-

6 DE ARCHIVORVM PUBLICORVM ORIGINE,

instrumenta priuata et publica deponuntur, ut in d. l. 9. §. 6.
de poen. et testamento, PAVLVS 4. sentent. 6. §. 1. Ita Ecclesiae Archium in Nou. 74. c. 4. §. 2. Dicitur in L. 20. C. de agric.
et censit. Cimeliarchium, quod in eo sint κειμήλα, seu vasafas-
cra, κειμηλοφυλάκιον. His qui praefest, Archiota vocatur, cuius
mentio fit in l. 18. §. 10. ff. de mun. et hon. Archiui praefectus
seu custos, quem et Archiuistam nonnulli, alii Archiuarium
appellant, SCHRAD. lib. 1. consil. 5. n. 8. 17. Col. de Proc.
Exec. part. 3. c. 1. n. 77. DR. SECKENDORFF p. 2. c. 6. n. 15.
Vorsteher des Briefgewölbs audit. Add. Nou. 15. c. 5. n. 2.
Dicitur alias Tabularium a tabulis publicis, quae ibi reponun-
tur, it. Χαρτοφυλάκιον apud BVD. in l. 9. §. 1. de off. proc. alias
Scrinium, in quo secreta reconduntur, l. 19. C. de Testam. ibi-
que BRVNNEM. quod germanice dicere posses ein Briefge-
wölbe, prout reddit illustris DR. SECKENDORFF in TeutschenFür-
sten Staat d. l. it. Cancellaria, KNIPSCHILD. de ciu. Imper.
l. 2. c. 12. Rutg. RVLAND. l. 5. de Commiss. c. 2. n. 3. Apud
minorum vero gentium Iudices Repositurae Iudiciales, Gerichts-
Reposituren, it. Registraturae vocantur. V. FRITSCH. de
I. Arch. et Canc. c. 1. n. 7. et seqq. Vbi vero doctorum viro-
rum lucubrationes collocabantur, id Graeci Αθηναίων, Latini
Pluteum. Sic enim Iuuinalis :

Et iubet Archetypos Pluteum seruare Cleanthas.

Altera significatione Archium pro contento seu ipsis publicis
documentis accipitur. Sicut in Instr. Pac. Osnabr. Mon. art.
16. §. 14. loca ciuitatis, vrbes, oppida, arces, castella antiquis
Dominis restituenda cum Archiis et literariis documentis iu-
bentur restitui. Nos hac missa, in priori acceptione Archi-
um considerabimus.

IV. Sunt

Sunt autem, qui putant non admodum ab aetate proa-
uorum nostrorum remotam esse Archiuorum institutionem :
Ita enim per omnes Italiae Ciuitates ante quingentos et paulo
amplius annos ea loca, vbi acta publica seruarentur, fuisse con-
structa. Horum tamen vel imperitiam arguere, vel ineptiam
refellere nullius est negotii. Primam sane Archiuui institutio-
nem ad ipsum D E M aeternum referendam esse, asserere
haud dubito, qui legis a se latae scriptaeque sanctissimis tabu-
lis locum assignauit, in quo asseruarentur. Quod statim imi-
tati Iudei aliud constituerunt Archiuum, quo res suae pace
belloque gestae et Genealogici Commentarii continerentur,
ex quibus multa, quae in Veteris Testamenti libris Historicis
habentur, deprompta esse non incepit statuunt nonnulli Theo-
logi, vnde D. HIERONYMVS PAVLAE et EVSTOCHIO
se librum Esther de Archiuis Hebraeorum reuelatum ver-
bum e verbo expressius transtulisse scripsit. De quo verba
EVSEBII exaudienda lib. 1. Hist. Eccles. c. 6. Sed et illud
praecipue supra dicti viri tradiderunt, quod per idem tem-
pus omnes Hebraeorum generationes descriptae in Archiuis
templi secretioribus habebantur. Ad illorum etiam nego-
tiorum, quae tum ad voluntariam, tum contentiosam iur-
isdictionem spectabant, et in iudiciis peragebantur, me-
moriā et probationem Archiuī usum fuisse ex Flauio Io-
sepho haud obscure potest colligi, qui seditiones ignem Ar-
chiuo, quod erat Hierosolymis, inieciſſe scribit, nempe ut o-
mnibus creditae pecuniae monumentis exustis, tota eis obae-
ratorum nouas tabulas poscentium factio sese coniungeret. Imo
ipse iam laudatus Autor Archiuorum antiquitatē ab ipsis Noa-
nepotibus Sethi filiis accersit, quos turres geminas aedificasse
refert : alteram lateritiam, alteram marmoream ; illam scil.
confla-

8 DE ARCHIVORVM PUBLICORVM ORIGINE,

conflagrationibus, hanc eluisionibus opponentes, in quas, quaecunque ipsi memoria digna inuenissent, comportarentur, cum ab Adamo didicissent orbem terrarum bis peritum, et primo quidem aqua mersum, postremo igni consumptum iri. Quas turres aliud nihil, quam Archiuia fuisse existimo cum BALTHAS. BONIE. lib. sing. de Arch. c. 2. vid. MADE RVM de Schola Schoningenensi meritissimum in eleg. tract. de Biblioth. et Arch.

V

Eadem apud alias etiam gentes Aegyptios, Chaldaeos, Phoenices Archiuorum et literarum publica instrumenta afferuandi cura fuit. Vid. TERTVLL. in *Apolog.* c. 19. In quibus merito laudandi Romani sunt, qui summa fide ea, quae tum ad statum et LL. latas, tum rerum gestarum memoriam faciebant, afferuabant. Vid. PLIN. ad Traj. lib. 10. Ep. 71. Pro quorum commendatione facere possunt, quae ipsi Sancti Patres saepe ad veritatem eorum, quae de Natiuitate Seruatoris, miraculis, morte et passione credimus, probandam ex ipsis Romanorum Archiuis proferunt, ad eaque prouocant. Ita TERTVLLIANVS ad comprobandum vniuersi orbis ab Augusto factam recensio nem Romani Archiuui censum Tabulas profert, in eum quippe cuiusque census tabulae inferebantur. Et IDEM in *Apologetico* c. 21. postquam de crucifixione, morte Saluatoris nostri, obscuratione Solis disseruisset, addit: *Et tamen eum mundi casum relatum in Archiuis vestris habetis.* De Iustiniani cura in conseruandis Archiuis et ad prouincias quoque producendis vnica Nouella 15. c. 5. testari poterit. D. etiam Hieronymus adeo celebre fuisse temporibus suis Romanorum Archiuum, in quo Oecumenica Concilia, caeteraque religionis arcana seruabantur, memoriae prodidit, ut ad illud pro dubiorum solutione ex omnibus Christiani orbis partibus concurret. retur.

retur. In Romana quoque Synodo paulo post Hieronymi excessum sub Gelasio Pontifice celebrata de Archiuo Romano, de Bibliothecariis, Scriniiis et Scrinariis frequens habetur commemoratio. In pluribus etiam Italiae ciuitatibus antiquissima Archiuia fuisse appetet ex ipsorum locorum et monumentorum, quae ibi reperiuntur, vetustate.

VI.

Et hoc de antiquitate, et origine Archiui satis quidem. Sed quo tempore ius apud nostram Gentem, Germanos dico, coeperit, ita forte in proclui non est. Veteres certe Germani solis antiquis carminibus, quibus Conditorum et Heroum suorum memoriam celebrabant, contenti, aliud memoriae et annalium genus non habuerunt. Caroli M. temporibus aliquam Archiuorum fuisse curam Cancellariorum officia ab eo constituta probant, quae creuit Rudolphi primi temporibus, quibus de Geimanico idiomate in Cancellarias curiasque recipiendo decretum factum fuit, quamuis horum monumenta pauca extant, de qua re videatur Academiae Altdotiensis insigne columen Dn. D. WAGENSEILIVS in *Diff. de Archiu. Imp. tb. 7.* Iunge LÉHMAN. in *Chron. Spir. lib. 2. c. 45.* AHASV. FRITSCH. *tr. de I. Arch. et Canc. c. 2. n. 8. seqq.* Maxima, accuratissimaque cura Archiui habita fuit a tempore Maximiliani I. quo imperatore Augustissimum Cameræ Imperialis Iudicium constitutum fuit. Huius Archiui custos Serrissimus Elector Moguntinus est vi Archi-Cancellariatus, quo in Germania fungitur. De cuius tamen Diuisione in *seqq.* Ab hoc tempore caeterorum quoque Statuum et Ordinum Imperii Archiuia melius custodiri et ordinari coeperunt, quae ante istud tempus haberunt quidem illi vi superioritatis, qua gaudent, territorialis et Regalium, NIC. MYLER ab Ehrenbach, *de Princip. et Stat. Imper. c. 47. part. 2. §. 1.* abinde
B tamen

10 DE ARCHIVORVM PUBLICORVM ORIGINE,

tamen ad exemplum augustissimorum et supremorum Archi-
uorum suorum quoque maiorem curam habere coeperunt.

VII.

Vt ergo proprius ad Archiu*n*ostri tractationem, quatenus illud nostris moribus habetur, accedam, definio id esse *locum publicum deputatum ad reponenda literaria monumenta ab eo, qui iura Maiestatis, aut etiam Superioritatis ac Regalium habet, vt hoc, vel illud ita gestum esse probari et lis forte orta facilius definiri possit.*

VIII.

Genus in hac Definitione locus; ex eo enim, quod corpus naturale habet quantitatem finitam, sequitur, quod ipsi competit locabilitas, seu quod possit esse in loco, quia enim quantitas eius finita est, loco potest circumscribi.

IX.

Dixi *Locum publicum*, h. e. ab eo, quem penes est faculta*s* Archiu*n*ostri constituendi ad hoc deputatum. Per hoc enim Locus hic est id, quod est. Locum autem publicum hic esse debere eum intelligo, in quo reponantur Acta documentaque alia, non vbi praecise sunt. Ita enim in loco priuato geri potest et transfigi negotium, superque eo fieri instrumentum, quod tamen per repositionem in Archiu*m* quasi authentisatur et publici formam accipit, arg. cap. fin. de fide instrum. I. 45. s. fin. ff. de Iure Fisci, SCHRADER. I. cons. 51. n. 5. KNIPSCHILD de ciu. Imp. I. 2. c. 12. n. 19. Ut autem locus iste perpetuo vnu sit idemque, ad Archiu*n* essentiam ita praecise non requiritur. Nam transferri aliquando securitatis maioris gratia alio potest Archiu*m*, aliquando, re ita ferente, circumferri, quod in Archiu*s* viatoriis, de quibus in seqq. vsu venit, qualia in Imperio nostro olim frequentiora fuisse, quam hodie, quod Imperatorum in Germania incertae fere fuerint residen-

tiae,

tiae, Scriptores notant, LEVB. tr. de Stap. Sax. f. 683. seqq.
 LEHM. Chron. Spir. l. 7. c. 14. hodieque quando Imperator
 forte ad Comitia Vniuersalia in aliquam Civitatem Imperialem
 se confert, obtinere, et iudicium aulicum Imperatoris aulam
 sequi et Archiuum viatorum constitui constat. Pariter ut
 iudicium intelligitur, non quod semper in loco vbi ordinarie
 ius dici solet, peragitur, sed ubicunque iudex positis actis et
 exhibitis solennibus consuetis ita fieri voluit, seu, *ut PAVLV*
in l. 11. ff. de I. et I. loquitur, *ubicunque praetor saluo more*
Maiorum, saluaque Maiestate imperii sui ius dicere constituit.

X.

Caetera in Definitione posita in sequentibus latius expo-
 nentur, vbi *Causam Efficientem, Subiectum Archiui, Obiectum,*
Formam, Finem et Effectum plenius examinabimus.

XI.

Divisiones Archiui recensent Dd. varias, quas tamen com-
 modius in Causarum recensione suis quasque locis considera-
 bimus. Illud ex modo dictis liquet esse Archiua ratione loci
 alia *Stataria*, alia vero *Viatoria*, quae distinctio hodiernis no-
 stris Archiuis conuenit, quorum illa Viennae, Moguntiae, Spi-
 rae habentur et alibi quoque statim suis locis exercentur, cuius-
 modi et olim frequentata fuisse ex superius laudato PLINII
 loco 10. Epist. 71. patet; Haec vero in Comitatu Principali cir-
 cumferuntur, in quibus libelli supplices Principibus postu-
 lantiis porrecti conduntur, quoad' subscriptibantur, aut alia
 etiam vel ad statum, vel alia negotia pertinentia in itinere
 Principis expediuntur, qualia hodie Imperatore ad Comitia
 Vniuersalia proficiscente, aut alio Imperii Statu iter faciente,
 aut in expeditione etiam degente ac castris constitui solent,
 non olim etiam inusitata fuisse ex LAMPRIDIO in vita Alexan-
 dri resert GVIL. BVDAEVS ia not. ad l. nec quicquam ff. de

12 DE ACCHIVORVM PVBLICORVM ORIGIOE,

offic. procons. Postmeridianis horis, inquit, subscriptioni et lectioni, Epistolaram operum dedit, ut ab epistolis, a libellis et a memoria semper adsererent, relegentibus cuncta librariis et iis, qui Scrinium gerebant, ita ut Alexander sua manu adderet, si quid esset addendum.

XII.

Iuris Archivalis fons et fundamentum ac *Causa Efficiens* est Imperium ac Superioritas seu Ius Regalium. 10. THEOD. SPRENG. *Ipr. publ. p. 207.* MYL. de Stat. Imp. c. 47. Qnamuis enim RVTGERVS RVLANDVS, Aquisgranensis ICtus, in *Tr. de Commiss. et Commiss. lib. 5. c. 4. n. 2.* quatuor huius Iuris notas et requisita specialia statuat: 1. Si cui in iure expresse concedatur. 2. Si iura Imperii et Regalium habeat. 3. Si ius condendi leges habeat. 4. Si ius creandi Notarios. Vnicum tamen illud, Maiestatis scilicet ac Regalium, nobis sufficere videtur, maxime cum ius condendi leges iuri Superioritatis cohaereat, vltimum autem creandi scil. Notarios, ius non omnes habeant, qui habent superioritatem adeoque vniuersale non sit.

XIII.

Regalia aliis competunt *independenter*, aliis *dependenter*. *Independenter* Imperatori, aliisque Regibus, Principibus et Rebuspublicis Superiorem non recognoscuntibus. Imperatorem primo loco posuit, huic enim praerogativa prae ceteris mundi Principibus Regibusque competit, FRANCISC. CAROLVS, Dux Sax. apud Lans. orat. pro Germ. p. 146. 147. BERNH. ZIERIZ de Priuileg. praerog. REINKINGII de R. S. et E. cl. 2. c. 7. quam iam ab Ortonum temporibus reliquae omnes Respublicae, Regesque omnes Imperatoribus Romanis concesserunt, eumque in quieta eius possessione reliquerunt. Quanquam inde cum H. VULTEIO l. 1. de Feud. c. 5. n. 6. statuere nolim

nolim soli Imperatori de iure, reliquis autem Regibus usurpatione quadam Regalia competere. Vid. ZIEGL. Disp. 2. de Jur. Mai. tb. 17. Solus enim ordo et $\pi\gamma\omega\delta\epsilon\lambda$ distinctionem inter iura Maiestatis non fecit, cum et inter pares ordo aliquis necessario sit seruandus. Vnde Regi Galliae, Hispaniae, Marchionibus Italiae, aliisque summo iure et independenter ius Archiui competere statuo. Vid. MOLIN. ad Conf. tit. I. §. 5. n. 30. p. 1. GOMEZ. in Reg. Cancell. LANCELOT. in templis omnium Iud. l. I. c. 4.

XIV.

Sed reuertamur ad Imperatorem. Huius Archiuum vel ipsius proprium est, vel Imperii. Illud in aula sua habet, ei-que ipse solus propria autoritate Cancellarium praeficit. Hoc ad Imperium, negotiaque Imperialia spectat et praefectum habet Electorem Moguntinum, qui et propterea audit des Heil. Romischen Reichs Erz-Canzeler durch Germanien. Hoc iterum duplex constituitur, quorum unum acta continet Imperii Germanici publica, quae in Comitiis, Deputationibus, Visitationibus, et aliis Imperii Conuentionibus peraguntur, vt et Matriculam Imperii, et Moguntiae ab ipso Archi-Cancellario Electore asseruatur, vnde etiam in publicis Imperii legibus saepe Monguntinensis Cancellariae, der Meingischen Canzeley nomine venit, R. I. de anno 1577. §. Ulssdenn. a qua tamen merito separanda ipsius Electoris particularis Cancellaria, quam vt Archi-Episcopus et Elector habet. Alterum Imperii Archiuum acta iudicialia comprehendit, itemque plurimum Principium Priuilegia, et hoc Camera Imperialis habet, cui ipsi etiam per praefectum suum Archipraesul Moguntinus moderatur REINKING. de R. S. et E. l. I. et 4. c. 7. add. ORD. CAM. part. I. §. Nach Jhn. RVLAND. d. l. n. 14.

B 3

XV.

Dependeret ut alia Regalia, ita ius Archivii quoque Principes aliquae Imperii Status habent. Quamvis enim Regalia Majestatem praesupponant et independentiam ab alio, quae Germanicis Principibus, Statibusque ita absolute ac separatim consideratis, cum iure feudi ius, quod habent in territoriis suis, a Superiore, eiusque concessione habeant, tribui non potest, quia tamen iam ab Ottonum temporibus singulari ac plane eximio iure, quod Superioritatem territorialem, die Ländes Fürst. Macht und Hoheit vocant, vntuntur S. R. Imperii Status, vid. M Y L. in Archol. Stat. Imp. c. 9, 10, 11. seqq. Dn. Seckendorff im Deutschen Fürsten Staat p. 2. c. 1. §. 2. quae tanta est potestas, ut auctoritas quodam iure expediantur ea omnia, quae Maiestati alias conueniunt vi istius Iuris Superioritatis, nihil aliud est, quam Maiestas quaedam analoga. KNICHEN de Sublimitate et Leg. Iuris territor. c. 1. SCHAEV. Disp. feud. 6. n. 13. BACHOV. ad Tr. vol. 1. D. 3. tb. 6. lit. E. Regalia, et in his Ius Archivii in territoriis suis, in quibus tantum posse dicuntur, quantum Imperator in toto Imperio. Vid. AHASV. FRITSCH. vol. 2. Disp. I. p. 9. REINKING. de R. S. et E. p. 1. cl. 5. c. 6. iis merito adscribitur. Vnde Dn. MYLER tr. de Princip. et Stat. Imp. c. 47. §. 1. scribit: Principes et Status Imperii habent hoc singulare, ut tam vigore Regalium, quam Iuris territorialis iure Archivii gaudenati, quo Scripturae in earum Archivio repertae contra regulas Iuris pro scribente propriae testes sint.

Sunt autem Status Imperii, qui ius sessionis et suffragii in Comitiis habent, Rec. Imp. de anno 1548. §. Wenn auch. art. 8. Instr. Pac. §. gaudebant. Omnium autem optime procedere mihi videtur, qui Imperii Status non ab accidentibus, v.g. Matri-

Matricula et Collatione in Imperii aerarium, ut faciunt GAIL.
obseru. 21. n. 2. MATTH. STEPH. l. 1. de Iurisd. p. 1. c. 4. n.
27. et REINKING. de Reg. S. et E. l. 1. et 4. c. 1. n. 2. sed ab
ipso iure in Comitiis sedendi ac suffragandi dimetiuntur, vid.
PAVRMEIST. l. 1. de Iurisd. c. 8. n. 4. Et hoc etiam conuenit
cum definitione, cuius ARISTOTELES l. 2. Pol. c. 6. illum scil.
demum esse verum ciuem, qui in conuentu populi ius habet
suffragii atque adeo facultatem regendae Reipublicae participat.
Plura qui de Statibus Imperii nosse cupit, aдеat Dn. MYLER.
ab Ehrenbach, qui ex professo de hac materia scripsit et PHIL.
LIP. ANDR. BVRGOLD. p. 1. disc. ad Instr. Pac. n. 8.

XVII.

In Statibus Imperii principem locum occupant Electores
ac Principes Ecclesiastici pariter ac Seculares, hi ius exercen-
tum singuli in suis Cancellariis, tum coniunctim etiam, qua-
tenus in certos Circulos cum caeteris Statibus sunt deputati.
(Circulos enim Imperii, die Reichs-Kreise, Archiuia sua ple-
rumque in aliqua Imperiali, aut alia magna Ciuitate, vbi con-
uenire solent, habere constat, RVLAND. de Commiss. l. 5. c.
4. n. 54.) aut etiam in familiae communione exercentur; quo
posteriori casu existit distinctio Archiuorum in communia eius-
dem familiae, Gemeinschafts-Archiv, oder Canzely, quae sub
custodia Senioris familiae continentur, arg. l. fin. de fid. in-
strum. aut omnium communis, ita, ut omnium praesentia opus
sit, si documentum aliquod commune produci debeat. Vid.
FRITSCH. de Iure Arch. c. 4 n. 13. et particularia ac separata
huius atque illius Principis ac Familiae, absonderliche eigene
Archiv.

XVIII.

Sequuntur Comites, de quibus nunc dispiciendum: An
et illis Ius hoc Regale adscribi possit? Comites autem sunt et
propre

16 DE ARCHIVORVM PUBLICORVM ORIGINE,

proprie dicuntur, qui de Comitatu ab Imperio inuestiti inter Status Imperii cooptati sunt. Sciendum autem est multa esse iodiie Comitum in Imperio genera : 1. Sunt Comites, qui non tantum sunt Principes, sed nonnullis Principibus digniores. Ita Marchio Brandenburgensis in Comitis ante ipsos Duces Brunsvic. et Luneb. votum et sessionem habet; similiter Landgrauius Hassiae et Marchio Badensis ante ipsos Principes Anhaltinos locantur. 2. Sunt Comites, qui in ordinem et sciamnum Principum sunt electi, interim sedent infra Principes. Et hi dicuntur Gefürstete, oder Fürstmäßige Graffen. 3. Sunt Comites, qui immediate ab Imperatore de Comitatu sunt inuestiti, et tanquam Status et Proceres Imperii ad Comitia vocantur; Hi dicuntur Reichs-Graffen, et iisdem fere Iuribus, quibus Principes, fruuntur, ita tamen, ut Principes singuli viritim dent suffragia: Comites autem coniunctim non nisi quatuor votant, iuxta sciamnum scil. Wetteraucum, Sueicum, Franco-nicum et Westphalicum: Et his Jus Archiui indubie competit. 4. Sunt Comites, qui Imperio immediate quidem subsunt, et Cameram, vel Iudicium Aulicum iudices habent, Comitatus tamen ab Imperii aliquo Principe in feudum recognoscunt, unde Vasalli eius sunt, et in causis feudalibus ipsius forum plerumque agnoscunt. Hi pro dupli respectu, quo clarent Reichs- und Landsfürstl. Graffen vocari poterunt: non enim nouum est, ut quis in Imperio Romano duplē personam sustineat, Imperiale nempe et Prouinciale. Talis est Comes de Schwarzburg, qui Vasallus est Electoris Saxoniae et aliorum Imperii Principum, LIMN. l. 4. de iure publ. c. 4. n. 93. Talis etiam est Comes de Niedberg, qui Vasallus est Landgrauii Hassiae, personale tamen homagium praestat Imperatori et Imperio. Et hi quidem iure Archiui gaudent omnes. 5. Sunt Comites, qui simpliciter Principibus et Ducibus subsunt, qui dicuntur Landfassii,

saffii, siue Landsfürstliche Graffen. 6. Sunt Comites, qui simplici tantum Comitis titulo gaudent, nihilque terrae possident. *sans terre et domaine*, vt Galli loquuntur, quales a Ferdinandio II. et III. plusquam sexaginta creati sunt. Hi ad Collegium Principum non pertinent, nec Status Imperii sunt, nec ius Archivii, nisi specialiter illis concessum, aut diururna consuetudine acquisitum fuerit, habent.

XIX.

Comites excipiunt Barones, de quibus non inepte quaeritur: *An eadem quoque distinctio quoad Barones obtineat?* Quod affirmatur, quia Comitibus, excepta ordinis et praecedentiae dignitate, aequiparant et tantum possunt, quantum Imperator in Imperio, GAIL. de pac. publ. l. I. c. 6. n. 10. eorumque Baronatus inter Imperii feuda regalia numerantur. Vid. BVRGOLD. Not. Imp. p. I. disc. 21. m. 3.

XX.

Agmen Statuum Imperii claudunt Ciuitates Imperii liberae, quae an iure quoque Archivii gaudeant? omnino afferendum puto. Nam cum Imperio immediate subiectae ius lessonis et suffragiorum in Comitiis habeant per Instrum. Pac. art. 8. verb. *cum omnimoda Iurisdictione intra muros et in territorio*: in quo textu etiam votum in Comitiis non consultatiuum, sed decisiuum iis adiudicatum. Vid. LVDOLPH. HVG. de St. Reg. Germ. c. 5. §. 4. PAVRMEISTER. l. I. de Iurisdic. c. 8. n. 2, 3, 4. Vid. IOH. FRIED. RHETIVS in Disp. de Stat. Roland. c. 4. (quo de iure euertendo licet nimium desudet ANDR. KNICHEN de iure territ. c. I. n. 116. quem sequitur ROSENTHAL. c. I. de Feud. concl. 13. lit. B. vt Ciuitatibus Iura Superioritatis queat adimere: Eius etiam nouae opinioni obstat obseruantia et stylus Curiae Imperialis, qui apud Publicistas et Priuatistas tanti est roboris, vt ita possessum in dubium reuocari nequeat. Confer Dn. DIETRICH in Not. ad aur. bull. tit. I. v. Ciuit.) Luce meridiana clarius est, Ciuitatibus Imperii liberis interalia Iura Regalia etiam Archivii et Cancellariae ius competere, WEHN.

18 DE ARCHIVORVM PUBLICORVM ORIGINE,

Obs. Præf. LIMN. de I. publ. l. 7. c. 1. n. 86. Licet modestiae causa nonnullae nomine Cancellariarum non vtantur, SINOLD. SCHVZ de Stat. Rei Rom. vol. 1. D. 6. th. 10. lit. H. HERMANN. KIRCHNER de offic. et dignitate Cancell. l. 1. c. 4. n. 113. Habent autem Ciuitates Imperiales Archiuum et singulæ et omnes coniunctim; hoc Generale dicitur, in quo omnia acta inter Ciuitates, dum conueniunt, conscripta deponuntur et conseruantur, ad quod duae Ciuitates deputatae sunt Vlma Sueorum, et Spira Nemetum, LIMN. de I. publ. lib. 7. c. 1. n. 96. Vnde Speciale vocatur, quod quaevis Ciuitas Imperii per se solum habet, et non minora, quam aliorum Imperii Statuum Archiuum continet, RVLAND. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 43. KNIPSCHILD. de Ciuit. Imp. lib. 2. c. 12. n. 8, 9, 25. IOH. ADAM. DAPP. de Ciuit. Imp. p. 1. c. 7. n. 20. De Ciuitatibus mixtis seu pacitiis. vid. Merkelsbach apud KLOCK. conf. 14. n. 50. et conf. 31. n. 88. SINOLD. SCHÜTZ de Stat. Rei Rom. vol. 2. D. 1. Th. 6.

XXI.

De Hanseaticis Ciuitatibus dubitatum, an et hæc Archivii Iure vtantur? Et cum sub ista confederatione, (quæ quo iure defendi queat, vid. Werdenhagen de Ciuit. Hanseat. MARQVARD. de Iure Commerc. l. 4. c. 7.) liberae quoque Imperii Ciuitates contineantur, quæ singulæ per se Iura Archivii habent, per has eodem iure quoque vti cum aliis iunctas asseverare non dubito. Vid. RVLAND. l. 1. c. 4. n. 58. seqq. MATTH. STEPH. de Iurisdict. l. 2. p. 2. n. 21. LIMN. d. l. n. 77.

XXII.

Ciuitates Municipales aliaeque Vniuersitates et Collegia licet Statuta contère possint, et Acta conficiant, suaque exerceant Iudicia, quia tamen, quicquid in his agunt, ex autoritate et concessione Superioris agunt, et Iure Superioritatis et Regalium destituuntur, ius Archivii illis merito denegatur. Et licet alicubi vox Archivii Scrimiis horum tribuatur, sit tamen illud admodum impropter, vnde etiam, quid de distinctione Archivorum

chiuorum in *publica*, quae Statibus Imperii competunt, et *priuata*, quae Ciuitatibus municipalibus, aliisque Collegiis tribuuntur, sentiendum, expeditum est, KNIPSCHILD. loc. citat. n. 10. et Germanico nomine Schreibstuben, Schreibereyen nuncupantur, Id. ib. n. 8. RVLAND. d. l. n. 46. Quamuis contrarium velit BALTH. ZAHN. in Ichnograph. Iur. Municip. c. 58. et SPRENGER in Ipr. publ. p. 207. ob l. fin. C. de Mag. municip. l. 9. s. 1. C. de defens. ciu. Nou. 15. c. 5. n. 2. Quas tamen aut de Iure Ciiali, ubi forte hoc ita obtinuit, et a quo receperunt mores hodierni, explicabitur, et habere aliquando concedes, si concessione Superioris, aut longa consuetudine hoc impetrarunt.

XXIII.

Vnde non immerito quis dubitet: *An ex peculiari concessione, aut praescriptione, consuetudine Regalia acquiri queant?* Cum autem communis Publicistarum sit sententia Regalia in commercio priuatorum non existere, aut inferiorum, adeoque in eum transferri nequire, quod ossibus Principis seu Superioris inhaerent, neganda videtur quaestio, nisi forte non de ipsis Regalibus, sed locatione ac permisso emolumentorum quaestionem exaudias, quatenus scil. talia conduntur ut priuilegia, vel etiam ut vsum solum et delatam quis habet administrationem eius, quod iure Superioritatis Principalis competit, et quidem hoc non in Regalibus quibusvis, sed iis tantum, quorum potest vsum absque Maiestate, vel Superioritate esse, STRVV. Synt. Feud. c. 6. n. 13. KNICHEN de Iure territ. c. 1. n. 125. seqq. Et ita ciuitati ac alii, cui ius Superioritatis non competit, a Superiori ius Archiui concedi, aut longo tempore praescribi posse non dubito, cum et prae scriptio et consuetudo tacitam concessionem importet, v. CARPZOV. p. 2. C. 3. def. 14. ZIEGL. Disp. 2. de Iur. Mai. ib. 18. et D. 8. ib. 16. et ita Comitibus quibusdam, qui Superioritate territoriali non gaudent, ius Archiui competere Tb. 18. diximus, et liberae ac

immediatae Nobilitati, quamquam Status Imperii non sit, nec, quae huius affectio propria, et essentiale consecutuum est, potestatem territoriale habeat, STRAVCH. *diss. exot.* 4. *tb.* 22. ius Archiui tribuere non vereor, FRITSCH. *de Iure Archiui* r. 3. n. 28. 29. Et sic his quoque dependenter ius Archiui, aliorumque Regalium competit, sed vi specialis concessionis, non infeudationis et Superioritatis territorialis.

XXIV.

Obiectum Archiui sunt literaria monumenta, quae pro diuersitate negotiorum, super quibus conficiuntur, existunt varia, quo pertinent documenta publica Regis, Principatus, ac Reipublicae, Annales, historiae rerum gestarum, libri Legum, Statutorum, Priuilegiorum, et Iurium, ac alia scripta, regesta, libri censuales, feudales, consuetudinum receptarum, libri tributorum, decimorum, reddituum, indictionum publicarum, matriculae, finium territorii et similia, vid. ALTHVS. *Polit. c. 17. n. 9. seqq.* et in genere, quae concernunt vel statum publicum totius Principatus, aut Reipublicae, vel priuatum Principis patrimonium, vel Acta etiam Iudicialia causasque priuatorum. Hinc olim sub Imperatoribus Orientalibus ut peculiaria erant scrinia rerum publicarum, et priuatarum, illarum quatuor referuntur in *I. f. C. de Decur.* *I. i. C. de prox. sacr. scrin.* Scrinium sc. memoriae, *I. f. C. de diu. refr.* epistolarum, libellorum, dispositionum, quibus certi etiam praepositi erant Magistri, de quorum munere est *tit. C. de mag. sacr. scrin.* et agit IAC. GOTHOFR. *de off. dom. Aug. l. 3. n. 6.* Earum quatuor itidem scrinia erant, ut ex *I. fin. C. Theod. de palat. sacr. larg.* constat, beneficiorum sc. rationum, securitatum, et largitionum priuatarum, vid. IAC. GODOFR. *ad d. l.* itemque *Notit. utriusque Imper.* Quod ad usum hodiernum Scrinia et Archiua pro diuersitate instrumentorum ibidem depositorum, vel *Secreta* dicuntur, Geheime Archiu Geheime Canceleyn, vbi reponuntur, quae ipsum statum, eiusque Regalia, iura, ac priuilegia concernunt, et *Vulgaria*, quae subditorum causis et acta iudicialia

dicialia continent. Aliae pro diuersitate materiae et obieci
dari possunt diuisiones in Archiuâ metallaria, vinatoria etc.
quas tamen hic attingere omnes temporis et paginae, cuius
angustiis nos inclusi, non patitur ratio.

XXV.

Vt autem in constituendo Archiuo recte atque ordine o-
mnia peragantur, sequentia obseruare opôret: 1. Vt in eo o-
mnis generis documenta, quorum memoria aliquando publice,
aut priuatim utilis esse potest, repônantur. 2. Vt repositio illa
ordine fiat, cum Archiuorum anima nihil aliud sit, quam ordo.
Nam quemadmodum lateres, ligna ac tegulae, vt praecelare a
Xenophonte dictum accepimus, perperam posita, ac inordina-
to projecta visu horrida, visu inutilia sunt; suis autem locis apta-
ta in pulcherrima et magnificentissima aedificia consurgunt, ita
projecto omnis generis scripta, si ea confuse et permixtim ha-
beas, nulli usui sunt. Contra fera recte per scrinia disponas, praet-
erquam quod pulueri ac tineis minus obnoxia erunt, sine vlo
inquisitionis labore singula ad manum opportune ac facile habe-
bis. Et ordo quidem in Archiuis seruandus a natura ipsa cuique
demonstratur; prius enim loca partiti conuenit, mox negotia,
tandemque tempora. Primum igitur, quae ad Circulos pertinent,
postea singularum ciuitatum singula negotia dispeſcenda, vt alibi
permutationes, alibi testamenta, alibi illi contractus disponan-
tur: Denique ab antiquissimis incipientes per annorum et men-
sium ordinem ad nouissima procedendum, indices demum et
syllabi conſribendi, quibus literarum ordinem seruando sui qui-
busque materiis indiculi adaptandi, vt, quaecunque opus erunt,
nullo negotio statim ad oculos sic habeantur, vt in manus po-
tius incurrisse iponte, quam casu incidisse videantur.

XXVI.

3. Vt in loco satis tuto ab incendii periculo, hostium de-
predationibus, aliisque casib[us] libero custodiatur, v. EBERT. de
O. I. fol. 110, seqq. ALTHVS. Pol. c. 17. m. II. Archiuâ enim sancta

nominare licet, cum praesertim eis accesserit publica autoritas ac tutela Principis, cuius in patrocinio loca publica sunt. Ut propterea violatores Archiuorum non modo sacrilegii, verum etiam Maiestatis rei iudicentur, et Pontificum Romanorum constitutionibus anathemate feriantur. Violant autem Archiuia falsarii, qui publicorum instrumentorum sinceritatem corrumpunt: expilatores, qui, quae ibi deposita sunt monumenta, furantur, aut rapiunt: incendiarii, qui flammis injectis, loca ipsa, in quibus acta Ciuitatum seruari oportet, conantur comburere.

XXVII

Quæritur hinc : *An Scriptura ex Archiuo Principis dolose subducta, aut a ministris vi extorta profire probet?* Neg. Etiam si magna sit Archiuorum reverentia, ut instrumentis ex publico Archiuo productis plane sit credendum, faciuntque ut Ist loquuntur, plenam fidem. Ita enim statuunt Glosa, Joh. Andreas Hostiensis, Panormitanus, Archidiaconus, caeterique viuunt Canonistae in c. cum causam de probat, in c. ad audiendum de p^{re}script, et in c. peruenit 30. q. i. Quibus assentiuntur Bartolus, Baldus, Alexand. Iason, Castrensis, aliquique passim ciuium legum, interpretes in Auth. ad hoc C. de fide instrum. cessat tamen hoc in casu fides, imo tota vis Archiuui, quae tota pendet ab autoritate eius, in cuius potestate est Archiuum, Nau. 16. c. 5.

XXIIX

4. Requiritur ad Archiuum bene constituendum, ut peritus ac fidelis custos, quem Archiotam, Registratorem vulgo vocant, praeficiatur, *Nou. 15. c. 3. §. 2.* ibi : eligendo quempiam in prouincia, qui horum habet custodiā. *I. 9. §. Non unquam 6 ff. de poen.* Vid. ibi **GODOFR.** *I. vlt. §. bi quoque 10. ff. de mun. et hon.* **V. IA C. de Rammingen** in *Tr. de Registr. §. II.* qui lectu non indignus, et Const. Harmen. Ηέρχετον in *Praef.* Frustra enim in locum quempiam scripta reconderentur, nisi hominum cura atque diligentia iniuriis temporum obuiam iretur. Optimo igitur

tur consilio Bibliothecis et Archiuis praeficiebantur periti accuratique viri publicisque stipendiis a Principum liberalitate ad munus iniunctum nouiter obeundum aliciebantur, nec nisi magnis et doctis viris mandabatur Archiuorum sollicitudo. A Caio Iulio Caesare Palatino Archiuo praepositum legimus M. Terentium Varronem Romanorum doctissimum a doctissimis iudicatum. Alexandriuo Archiuo a Prolomaeo Philadelpho Demetrius Phalereus, et Zenodotus Ephesus praefecti fuerunt. Caius Melinus Vmber Archii Augufti in Octauiae portico curam suscepit. Albinus Flaccus, Caroli M. Imperatoris praeceptor Eboracensi Archiuo in Anglia praefuit. Marcus Antonius Sabellicus Marciano Archiuo Venetiis praesedit; Platinus et Baronius Vaticani Archii procurementem suscepserunt. Quorum omnium quanta vel dignitas, vel sapientia fuerit, editae ab eis lucubrationes ostendunt, iusti honores testantur.

XXIX.

Caeterum Archiotas illos, qui olim Archiuis custodiendis praeficiebantur, referunt hodie Cancellarii longe tamen maiori, quam olim dignitate ac autoritate pollentes: Olim enim Cancellarii erant Scribae vel Secretarii iudicium, scribebant et expediebant Epistolae, iussiones, edicta, relationes, responsa et sententias in loco quodam Consistorio proximo reticulis s. cancellis clauso, ut hodie etiam sit in curiis, GODOFR. in Not. ad l. 8. C. de Ass. et dñm. et Canic. Iud. lit. R. vnde quoque videntur vocari viri Epistolares, l. 5. f. 2. C. de temp. et rest. appell. GODOFR. d. l. confer. L. P. S. de Magi Rom. Hodie vero Cancellarius inter iudicia munera fastigium dignitatis occupavit; vnde et Dn. STRVV. Synt. Iur. Ciui. Ex. 4. th. 20. testatur Cancellarios modernos officium quaestorum sacri palatii esse adeptos.

XXX.

Sine quo maioris momenti negotia Archiuum Imperii nostri Romano-Germanici continet, eo maioris autoritatis ciuem illi propositum cernimus. Est vero supremus eius Archiuista et

Custos

24 DE ARCHIVORVM PUBLICORVM ORIGINE,

Custos Serenissimus Elector Moguntinus ex munere Archicancellarius, quo in Germania fungitur, et si partem eius tantum secum habeat, parte alia in sacro palatio ad Iudicii aulici commodum reposita, cuius tamen curam per Vicarium agit. Ipse etiam, ut huius Archivii tanta sanctior sit custodia, iure iurando fidem suam obstringere cogit. Vnde cum quidam eo audaciae progresserentur, ut Protestantibus de quietis publicae priuilegio controuersiam facerent cauillando, nos Augustana Confessione, cui tamen pax inniteretur, carere, cum fieri potuerit, ut authenticum exemplar ex Archiuo perierit, aut data etiam opera fuerit eliminatum: Tum merito Venerabiles Theologi Saxonici reposuerunt in der Vertheidigung des Aug. Auffels p. 35. Sie bedenken nicht, wohin sich dergleichen Wort ziehen, und was sie in und auf sich haben. Auf unserm derer Evangelischen Theil hat man auf des Romischen Reichs Erz-Canzeley keinen Verdacht einer so grossen Fahrlässigkeit, oder einer solchen Untreue, daß Sie entweder dergleichen wichtige Originalia nicht wohl gnugsam aufheben, und verwahren, oder ohne Vorbewußt der Sämbtlichen Stände des Reichs aus ihren Archiuen wegthun und cassiren solle. Mann weiß, daß die Pflicht und Eyd des Cancellarii in Germanien weit ein anders mit sich bringe.

XXXI.

Cum autem Cancellariorum munus augustissimum hodie sit, et ob infinita, quae hos manent, negotia singulis adeo superesse nequeant, suprema quidem Archivii cura illis adhuc competit, ut tamen inferioribus quibusdam et quasi Sub-Archivistis munus Registraturae imponatur, quorum officium in eo potissimum consistit, 1. ut quaelibet alicuius momenti documenta in certum ordinem colligantur. 2. Extractum (ut vocant) secundum locos communes confectionem semper ad manus habeant. 3. fideles sint ac taciturni. 4. ad vitandam suspicionem neminem in Archivum ingredi patientur. Quae omnia ad usum nostrarum Cancelliarum eruditus tradidit illustris SECKENDORFFIVS

iii

in Germanischen Fürsten Städte p. 2. v. 6. folij. Nebenst dem Registratore besellet man auch einen Archivarium oder Vorsteher des Brieffgewölbes &c.

Finis Archii constituti est, ut vel illud ita gestum esse probari et lis fore orta facilius definiti possit.

Effetus Archii est fides rei gestae publica, h. e. vt scripturae ex eo productae, aut illarum manu Archeotae saborata apographa fidem faciant penissimam, habeantque testimonium, quod testium probationes longe supererat. Census enim et monumenta publica potiora testibus senatus censuit, viri est in l. 10. ff. de probat. et charta, quae profertur ex Archiuo publico, testimonium publicum habet, Auth. adhaec. C. de fide instr. Nou. 49. c. 2. ff. 2. etc. ad audiendum. X. de praescr.

Vade solent partes aliquando coram Iudice producere scripturas contractum, testamentorum et aliorum actuum, vt insinuantur, vel petre causas coram iudice peractas liberis publicis insinuari, l. gesta C. dere iud. l. 15. apud quem C. de edendo c. quoniam contra de probat. c. 1 et 2. de fide instrum. FERRAR. Pract. d. loc. n. 5. Archiuorum ergo auctoritatem sartam tactam seruari maxime interest, ne probationes rerum gestarum in futurum necessariae depereant. Saepissime enim ex Archiis publicis probationes sumuntur, vi potestate ex libris Cancelariae, vel Rationario Principis alicuius, vel Communitatis FERRAR. Pract. inform. product. instr. vers. exhibens n. 5. C. ad audiendum de praescri. l. in frudem s. quoties de iure Fisci.

X X X I V .

Quotiescumque igitur opus est, petere licet instrumentorum Archiuab Archiuista, siue quo cumque nomine huius custos gaudeat, copian, potestque ipse, si nolit, Superioris mandato ad ea edenda compelli. Extat insigne editio ex Archiuo Imperiali instrumenti exemplum, quo Status et Principes quidam protestantes circa finem superioris seculi Formulam Concordiae edituri, illud ipsum exemplar

IIIYXX

D

Augu-

26 DE ARCHIVORVM PUBLICORVM ORIGINE,

Augustanae Confessionis, quod Carolo V. in Comitiis Imperii exhibitum fuerat, concedi sibi postularunt, ut ad eius fidem sum, quod libro inserere volebant, exemplum exigerent. Qua de re videatur operis istius praefatio. Alius adhuc editionis Confessionis Augustanae meminit die Haupt-Bertheidigung des Aug. Apffels p. 303.

XXXVI.

Editas ita et probatas ex Archiuo scripturas aliam exirensiam probationem, vel sigilli recognitionem non requirere stauunt ob *Aurb. adhaec de C. fide instr. c. peruenit & inuenimus 30. qu. 1. ROSENTHAL. de Feud. c. 12. concl. 4. n. 51. ALTHVS. l. 3. Dicaeo c. 41. n. 25. NICOL. a PASS. de priu. script. l. 5. CARPZ. tamen in Proc. tit. 14. art. 2. n. 17. ex obseruantia fori Saxonici absque praeuia ricognitione instrumenta publica nequaquam probare ait, unde de huiusmodi scriptura etiam aliud asserendum esse videtur, quod etiam Serenissimus Elector in Dec. 74. approbavit. Quod si de transumpti ex Archiuo fide dubitatur ad Acta recurrendum, ex quibus quid extra-ctum, COL. de Proc. Exec. p. 3. c. 1. n. 86.*

XXXVII.

An exemplo (Copeyen, Abschriften) in Archiuo reperta ex vi Archiui eandem fidem habeant cum scripturis authenticis? Negv. BERTRAND. Conf. 28. PRUCKMANN. vol. 1. c. 45. n. 17. IANVA de Scriptura priuata c. 1. qu. 2. n. 8. ANTON. MATTH. disp. 9. lib. 63. STRVV. ad ff. de fide instrum. ib. 31. nisi antiquitas temporis concurrat, IANVA d. tr. l. 1. c. 6. n. 37. aut de se, sive natura probant, RVLAND. de Commiss. et Commiss. c. 8. n. 12. FRITSCH. d. tr. n. 41, 42. et seqq. Mouetur non fruile haec pariter elegans quaestio: An vis Archiui etiam extra territorium se extendat, seu an scriptura ex Archiuo producita pro producente non solum contra subditos, sed etiam contra tertios probet? NEG. ALEX. Conf. 6. n. 5. et seqq. lib. 5. DECIAN. conf. 54. n. 49. et conf. 40. n. 79. vol. 4. MONALD. conf. 17. n. 4. lib. 1. Rectius affirmant VMMIVS de Proc. disp. 17. tb. 9. KLOCK. de contrib. c. 19. n. 49. et seqq. IANVA d. tr. c. 1. n. 18. ubi contrarium statuentes toto coelo aberrare ait KNIPSCHILD. de ciu. Imp. l. 2. c. 12. n. 22. MYL. l. 2. c. 47. ss. 9.

XXXVIII.

XXXVIII.

Vt vero Scripturae in Archiis publicis repertae probent, tria requiruntur communiter: 1. Vt illi Archiuo sit praepositus officialis publicus, vt supra Th. XI. dictum fuit, Auth. adhaec C. de fide insr. vbi testimonium Officialis requiri videtur Nou. 15. c. 2. f. 2. Scriptura enim non potest habere testimonium authenticum, nisi Officialis Archiuo praefectus attestetur esse scripturam Archiuui, quia Transmanu sumpta vel Iudicis, vel Commentariensis, etiam si non sit Notar subseribi soleant ob textum in l. in fraudem f. quoties f. de Iureius, Fisci. Vnde in quibusdem locis Archiuista omnia, quae ex Archiuo producuntur, exempla subserbire solet hac, vel alia simili formula: Concordat cum Originali.

2. Vt Scriptura illa sit posita inter authenticā, non priuata documenta, (solent enim Acta priuatorum in Archiis quoque depani, et singulari loco collocari, quo melius inueniri possint,) quod commixtio impedit probationis virtutem, GABRIEL ROM. de testibus concl. 5. n. 16. SCHVRFF. conf. 90. n. 8. CEPHALVS conf. 63. n. 27. et seqq. et exemplum repertum inter scripturas publicas, vel priuatas praesumatur esse eiusdem naturae, SCHRAD. vol. I. conf. 5. n. 36. et possit fieri, vt priuatus ibi reliquisset.

3. Vt ex consuetudine fidem faciat. Nam conclusio haec, quia dicitur literas ex Archiuo publico plenam fidem facere in Germania nostra regulatur ut plurimum secundum consuetudinem cuiuslibet loci, arg. c. cum dilectus de fide insr. SCHVRFF. conf. 90. CHILIAN. König in suo Proc. c. 91. n. 41. WESEN. B. conf. 27. n. 10. p. 1. vbi dicit: De consuetudine orbis creditur libris Principis, Magistratus, Ciuitatis, JOSEPH. MASCARD. de prob. conel. 1294. Quaeritur enim Magistratus, vel Communitas contractus, pensiones, debita, vel alias actus priuatos seu publicos insinuare, et in loco publico referuare licet, illud vsu et consuetudine cuiuslibet loci obseruantur. Hoc, aliaque late a SCHRADERO I. I. conf. 5. adducta licet aliquando conducere possint ad scripturae huiusmodi publicae fidem, si forte ea vocetur in dubium, fulciendam, necessaria tamen et

28 DE ARCHIVORVM PUBLICORVM ORIGINE, ETC.

essentialia omnia non sunt, hodie maxime, vbi regulariter unicum
requisitum sufficit, scilicet ut Archivum in loco publico et non su-
spetto bene custoditum habeatur ab illo, qui Iure Archivali gaudet

Dn. M.Y.L. loc. cit. §. 7.

XXXIX.

Affine Archiuo est Grammatophylacium ciuitatis, in quo as-
seruantur Statuta, matricula ciuium, Diaria, libri et Re gesta inter
ciues; quod magnam quidem meretur fidem, minoris tamen auto-
ritatis, quam Archivum publicum habetur. De quo vid. IUS PRO-
VIN C. WÜRTENB. p. I. tit. 34. §. Item. IOHANN. de SESEC.
vol. II. dec. 25.

XL.

Atque haec sunt, *Lector Honorable*, quae exhibere Tibi in
praesenti volui. Potuisse equidem in ubiorem campum excur-
rere, materiamque hanc paulo fusiis tractare. Sed ne Disputatio-
nis fines transfilire videar, in hoc acquiescere placuit. Me vero
ad hanc Disputationem conscribendam, cum Magnifica maxime
reuerendi ac illustris Capituli Archiepiscopatus Magdeburgensis,
quam nunquam satis ore ac laude decantate valeo, commouit
Munificentia, tum praeprimis grande hoc controuerse genus,
quod cum Viri Nobilissimi, ac Consultissimi, IOH. HEINRICI
MENII b. m. heredibus Nobilissimae Matronae a Throthen in-
tercessit, cuius causam in Dicasterio, quod Halae est, supremo
orabam. Num scilicet instrumenta ex Archiuo publico desumpta
et fide publica descripta plenam fidem faciant? Quod ego affir-
mo, quicquid Dissidentes ad protelandum processum et recon-
gitionem, quae maximi praeiudicii, differendam edisserant, sta-
tuunt, producant.

T A N T V M .

BS X O X S

Geftwt, Diss, 1670 - 1676



Sl.

VDA7

